



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Enchiridion Sev Manvale Episcoporum Pro Decretis in  
Visitatione, & Synodo, de quacumque re condendis.**

**Gavanti, Bartolommeo**

**Venetiis, 1650**

Vicarius foraneus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9534**

## 200 Tornementum. Tutela. Vicarius Capitularis.

- Poenitentiaro, sed pro Theologo, ex  
trid. sess. 5. cap. 1. si fiat secus, habenda  
est confirmatio a Papa.
- 4 Præbenda debet esse integra, decisum  
refert Garz. loco cit. num. 128.
  - 5 Si vacaret præbenda insufficiens, po-  
test Episcopus, altera vacante, ambas  
applicare Theologo, dummodo cano-  
nici habeant sufficiens stipendum.  
*Cong. conc. 16. Febr. 1619.*
  - 6 Canonicus Theologus, qui resignauit  
in manu Ordinati præbendam Theo-  
logalem, potest obtainere mediante  
optione pinguorem præbendam cum  
retentione sui stalli in choro. *Congreg.*  
*Rit. 2. Sept. 1597.*
  - 7 Stante confuetudine in Cathedrali, vt  
per quenlibet Canonicum habentem  
præbendam Canonicatum annexam ob-  
tineatur vna ex Dignitatibus in eadem  
Ecclesia, quæ nullum habet emolumen-  
tum, sed soli sedet supra canonicos, po-  
test canonicus Theologus dictam Di-  
gnitatē obtainere. *Cong. conc. 18. No. 1628.*
  - 8 Theologus sedet in loco sui canoni-  
catus, decisum refert Garz. in addit. ad  
par. 5. cap. 4. num. 111.
  - 9 Potest Episcopus cogere Theologum  
ad legendum usque ad priuationem  
præbendæ, decisum refert Barbo. de ca-  
non. cap. 27. num. 30.
  - 10 Si ex infirmitate non potest legere, nō  
tenetur ponere substitutum; quādo ve-  
rō est ponendus, electio est Episcopi,  
decisum refert Garz. par. 5. cap. 4. n. 159.
  - 11 Non solum licitatur distributiones le-  
gitimè ob lectiōnem absens, sed etiam  
emolumenta alia interessentibus dari  
solita. *Cong. conc. 12. Aug. 1628.*
  - 12 Ad haec lectiōnem sacræ scripturæ  
tenetur cleris accedere, & ab Episco-  
po potest cogi. *ead. 11. Aug. 1618.*

### Tornementum.

- 1 **T**aurorum, & ferarum agitatio pro-  
hibita fuit sub poena permittenti-  
bus excommunicationis ipso facto.  
*Psus V. Año 1567.*
- 2 Qui obierit ibi cum feris congregiens  
carcat ecclesiastica sepultura idem ibid.
- 3 Clerici, si interficiunt, sive beneficiati,  
sive in sacris, excommunicatione pur-

- niuntur. *ibid.*
- 4 Ordinariis præcipitur in virtute san-  
ctæ obedientiæ, vt impediant poenis  
& censuris. *ibid.*
- 5 In Regnis Hispaniarum prædictæ  
poenæ sunt reuocatae his conditioni-  
bus: ne fiat in diebus festis, & ita, vi-  
non possit alicuius mors sequi. *Greg.*  
*XIII. Anno 1575.*
- 6 In iisdem Regnis eadem concessit  
Clem. VIII. adhortans clericos, ne hac  
benignitate abutantur. Anno 1596.
- 7 Aliquo ibi occiso, vel mutilato, irregu-  
lares sunt omnes qui illuc fuerant cau-  
sa pugnandi, licet non occiderint, aut  
mutilauerint. *Sylvest. V. Tornementum.*
- 8 Episcopus dispensare poterit cum iis.  
*idem ibid. V. Sepultura. num. 23.*

### Tutela.

- 1 **M**iserabilium personarum omnes  
Religiosi, Clerici, & Episcopi te-  
nentur recipere tutelā. *Sylvest. Tutela q. 3.*
- 2 Episcopi non per se ipsos, sed per Ar-  
chepresbyterum, vel Archidiaconum.  
*idem ibid.*

### Vicarius Capitularis.

*Vide Capitulum sede vacante.*

- 1 **D**eputatus in causa heresis debet  
attingere annum artatis suæ qua-  
dragesimum, alias gesta per eum nulla  
*Sbroz de Vic. lib. 1. quest. 55. num. 8.*
- 2 *V. Archivium. num. 8. Concilium Provin-  
cial. num. 11. §4. Matrimonij impedi-  
menta. num. 29. Præcedentia. n. 30.*

### ADDITIONES.

- 1 **N**on debet occupare sedem pri-  
mae Dignitatis, sed aliam sedem  
portatilem. *Cong. Rit. 11. Apr. 1601.*
- 2 Non potest dare licentiam erigendi  
noua Monasteria. *Cong. conc. 19. Febr. 1633.*

### Vicarius foraneus.

- 1 **A**d hoc minus eligantur Archi-  
presbyteri, Archidiaconi, & Prä-  
positi, aliue in dignitate ecclesiastica  
constituti: sin minus Rectores, qui sunt  
apti. *Procl. 2.*
- 2 Et

- 2 Et possunt amoueri arbitrio Episcopi dabuntque pœnas, si male se gesserint. Prou.1.
- 3 Detur illis iurisdictio in causis ciuilibus pro moderata summa; & in criminalibus possint capere informatio-nes ad Vicarium Generalem transmis-tendas. Congr. Episc. 9. Iunii 1592.
- 4 A Vicario foraneo datur appellatio ad Episcopū. DD. apud Barb. all. 54. n. 22.
- 5 Nullam habet præcedentiam super alios ipso antiquiores in Clero, ratio-ne huius officij. Congr. R. sapientia numer 30. Iunij 1629.
- 6 Exceptis Congregationibus, quas ipse facit, in quibus sedet primus. eadem 20. Decem. 1603.
- 7 Conuentus Cleri singulis mensibus cogantur, vt de Cleri conuentu diximus. Prou.2.
- 8 Librum custodiant, in quo questio-num explicandarum, & explicatarum conclusiones approbatæ ab Episcopo describantur. ibid.
- 9 Visitent Regionem quisque suam à die sancti Martini usque ad festum Sæcti Ambrosii, nisi longiori tempore sit opus. Prou. 5.
- 10 Ante primam Dominicam Aduentus mitant ad Episcopum indicem Parochorum, quibus minus idoneis ad cō-cionem dandus erit concionator in Quadragesima. Prou.7.
- 11 Hebdomada penultima ante Septua-gesimam conueniant omnes corā Episcopo, nisi aliud præscribatur. Prou.5.
- 12 Antequam veniant, congregatis Pa-rochis sibi subditis, colligant ea, quæ reffere debent Episcopo. ibid.
- 13 Cum redierint, quisque suos iterum conuocet, moneatque de quibus ius-ferit Episcopus. ibid.
- 14 Feria secunda post oct. Paschatis, si dies festus non est, alioquin prima die feriali, iterum conuocent Parochos, & colligant, si quæ inciderint post Do-min. Septuag. & quæ item ad Episcopū pro Synodo referri oportebit. ibid.
- 15 Et licet Synodus non habeatur, ob aliquam causam, prædicta tamē ne omit-tantur. ibid.
- 16 Publicatis interdictis tjs, qui non co-municarunt in Paschate, carent trans-

mitti eorum nomina ad Regulare, ut sciant. Prou.7.

### A D D I T I O.

- 1 Non potest prohibere concanoni-cos, ne capitulum faciant sine sua licentia contra usum Ecclesie. Congr. Rit. 16. Dec. 1646.
- 2 Nihil illi detur in funeralibus ratione Vicariatus. ead. 7. Octob. 1627.

### Vicarius Generalis.

- 1 Non potest Episcopus creare Vicarium ante apprehensionem pos-sessionis Episcopatus. Sbroz. de Episco-pi Vicario lib. 1 quest. 46. num. 15.
- 2 Tenetur autem eum creare, accepta possessione, & potest cogi. idem ibid. num. 3. nimurum à Metropolitano, da-to certo termino.
- 3 Statuto termino, & clauso, potest creari ab Archiepiscopo. idem quest. 57. ex Trid. sef. 24. cap. 16.
- 4 Alij negat, teneri Episcopū ad electio-nem Vicarii, apud Barb. all. 54. nn. 125.
- 5 Debet esse clericus, saltem p̄imæ ton-syræ. DD. communiter apud Barb. loca cit. num. 4.
- 6 Non clericus coniugatus. ibid. nn. 6.
- 7 Non bigamus. ibid. nn. 11.
- 8 Non is qui fuit index maleficiorum. Sbroz. loco cit. quest. 41.
- 9 Non obligatus ad residentiam, bene-ficij gratia. Prou. 5.
- 10 Debet esse Subdiaconus saltem. Prou. 6.
- 11 Annorumq; 25. ætatis saltem. Sbroz. loco cit. quest. 35.
- 12 Expedit, cum esse aliena Diœcesis Prou. 5.
- 13 Non creerit Episcopus sub anno cen-su sibi dando. Sylva Vicarius quest. 7.
- 14 Sed illi constituant salarym. idem ibid.
- 15 Potest Episcopus ad expediendas causas constituere duos principales Vicarios, dummodo tamen ij sint in loco, ubi sedem habet. Barbos. loc. cit. n. 126.
- 16 Ex quo fit, ut nō possit creare duos Vi-carios generales in principalibus locis duarum Diœcesis, æque principali-ter